



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 4. Tenetur-ne quis accusare in Confessione peccatum, quando dubitat  
an sit mortale?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

60 TRACTATUS VI.

Videtur etiam quod Innocentius Papa XI. hanc definiert quæstionem damnando sequentem propositionem in Decreto contra 65. propositiones.

58. Propositio damnata : *Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.*

Cum enim convenient Theologi, circumstantiam consuetudinis, seu habitus, esse circumstantiam solum notabiliter aggravantem, intra eandem speciem: si tenemur eam in Confessione exprimere, manifestè sequitur, debere nos explicare circumstantias notabiliter aggravantes, quamvis speciem non mutant.

Quæ verò circumstantiæ peccatum non aggravant notabiliter, consilio potius quàm præcepto eas debemus confiteri; quia tanti non sunt momenti, ut impediant justitiam judicii, quod de pœnitentis conscientia facere debet Confessarius, neque vim remediorum, quæ tanquam medicus adhibere debet.

*Quæst. 4.* Tenetur ne quis accusare in Confessione peccatum, quando dubitat an sit mortale?

*Resp. Dicendum cum Divo Thoma, quodd sentent, dist. 21. q. 2. art. 3. ad 3. quando aliquis dubitat de aliquo peccato an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente; quia qui aliquid committit, vel admittit, in quo dubitat esse mortale peccatum, peccat mortaliter discrimini se committens: & similiter periculo se committit, qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit confiteri; non tamen debet asserere, illud esse mortale, sed cum dubitatione loqui, & judicium Sacerdotis expectare, cujus est discernere inter lepram & lepram.*

*Quæst. 5.* Est-ne necessarium, aut utile, confiteri peccata venialia?